



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Errores vitandi à Catholico circa Eucharistiam. tit. 110

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

it ato
npli
6. An
r vln
1am
us, q
tis d
deod
ebo v
endan
cibus
meda
a de
fina
fund
illor
orpuk
m McL
adict
ifedet
antek
Charila
fam
emilia
crisis
d ora
rifian
nmid
laconia
22. Hoc
omme
sangu
Mar. 1
ri 2 off
tar,

Ita mortifero aut pœnali modo, quatenus nostrum
misereatur propter sacrificium crucis eiusdem tali spirituali modo obtulit scipsum etiam in cœna, inchoans
sacerdotum Melchisedech, quod non semel fieri debet, sed usq; ad finem mundi. Tu es (inquit Propheta)
sacerdos in æternū &c. accipiens panem, gratias agas, &c. & sub illa gratiarū actione etiam se patri ob-
tulit &c. Mat. 26, Lu. 22. &c. Cypr. 1. 2. Epistolar. Epi. 3.
Et sic iussit primò accipere & comedere in memoriā eius Mat. 26. Secundò, sub illis speciebus pa-
nis & vini quoq; memoriam agere crucis. & sic pro
communicantibus in genere accipitur in memoriam,
& sub speciebus etiam pro celebrantib. accipitur &c.

*ERRORES VITANDI A CA-
THOLICO CIRCA EUCHARISTIAM.*

TITVLVS CX.

NOTANDVM primò, quod quicunq;
vult esse Catholicus istis maximè nunc
temporibus Antichristi, oportet vitare
errores hæreticorum circa Eucharisti-
am, alioqui grauissimè peccat in cor-
pus & sanguinem Christi, & iudicium sibi manducat,
1. Corinth. 11.

Primus error, quod hic sit solùm signum & figu-
ra Sacramenti, & panis maneat panis, &c. Tales Chri-
stum mendacem faciunt, qui dicit Matt. 26. Hoc est
corpus meum. At illi, Hoc est signum, & non dixit
Christus, Hic panis est corpus meum, id est, manente
pane, sed simpliciter, Hoc est corpus meum.

Secundus, quod in pane solùm est corpus, & in ca-
lice solùm est sanguis. & sic diuisum sit Sacramentum,
& non integrum in una specie. Respondeo, Chri-
stus dixit Matthæi 26. Hoc est corpus meum, si cor-
pus & non cadauer, ergo & viuum corpus: si viuum,
non est sine sanguine. Vbi autē vita & sanguis, ibi ani-

T t 2 ma,

ma. Ergo ex concomitantia ibi sub qualibet specie totus Christus, qui ergo diuidit Christum, Antichristus est, 1. Ioan. 4. Christus amplius non moritur, man. 6. Ergo diuidi non potest.

Tertius, quod non sit ibi diuinitas Christi in Sumento: ideo nec adoranda, nec processiones agere, &c. Respondeo, Deus dedit Christo nomen super omnem nomen, id est, Dei. Vbi ergo est Christus siue in celo, siue in terra & Sacramento, ibi est Deus & homo. Sic adorant eum post resurrectionem discipuli Matthaei ultimo. Et Thomas Ioan. 20. Deus meus & Dominus meus. Hæretica ergo haec est sententia de noua hæresis, Christum scilicet esse in aliquo loco, sed non sit Deus, cum in utero, in cruce, in sepulchro, ubique fuerit cum eo Deus & cœ. & non debet esse Sacramento. At dicunt: Si ibi esset diuinitas, comederemus & biberemus diuinitatem, sicut facti dicunt, Christiani manducant suum Deum, Religio deo, Aliud est, accipere: & aliud, manducare & bibere. Scientia, misericordia, Sacraenta, Baptismus, auditio verbi Dei, apprehenduntur, sed non comeduntur: & licet comedimus & bibimus corpus & sanguinem Christi, (haec enim corporalia & comestabilia sunt) non tamen diuinitatem, quæ res est spiritualis, non apta comediri & bibiri, sed fide comprimitur. Negare ergo Christi diuinitatem, peccatum Iudæorum, & de hoc Sathan plurimos per Inimicos Hæreticos & Arrianos seduxit: sed nos credimus Catholicos, Christum Deum esse ubique.

Quartus error, quod extra usum non sit Sacramentum, etiam consecratum a sacerdote: & fides summis, non consecrantis facit Sacramentum. Respondemus, verbum Domini manet in æternum, Esai. 40. super rem consecratam donec consumitur, & Christus misit Apostolis, quoties id ficerent, velle se addellet, cum verbo. Ideo dixit Luc. 22. Hoc facite, id est, co-

ferate corpus de pane, &cæ. Idcò consecratum Sacra-
mentum est verum Sacramentum, siue credideris,
vel non credideris &cæt.

Quintus error, quod communio impetrat remissio-
nem peccatorum, siue intra vel extra Ecclesiam quis
fuerit. Hoc negat Paulus, qui dicit indignè, id est,
in virtute accipere, qui odium habent, & scissuras,
1. Corinthiorum 11. Etiam sine charitate nihil pro-
dest neque fides, neque Sacramentum, aut omne ali-
ud opus quodcumque bonum &cæt. Cauete ergo er-
tores hos, & plerosque alios &cæt, qui seruntur istis
temporibus &cæter.

Sextus error, quod laicus non consecratus per ver-
bum Dei & impositionem manuum, æquè potest co-
secre sicut sacerdos consecratus, 1. Timothe. 4.
Quoniam Deus non approbat illorum verba. Vide
locum de Sacramento ordinis.

Septimus error, negare transubstantiationem,
id est, manere vinum & panem post consecrationem.

AN MISSA SIT TESTA- MENTUM, promissio, aut opus bonum.

TITVLVS CXI.

O T A Ndum primò, quod solum vni-
cum est nouum testamentum, id est, lex
Euangelica, Euangeliū à Christo. de
hoc dicitur Ierem. 31. Consummabo su-
pra domum IS Raël & domum I V D A
testamentum nouum, &cæt. Hebr. 8. & 9. Christum
vocat mediatorem noui testamenti. Hoc testamen-
tum Christus confirmavit suo sanguine, Matt. 26. &
Marc. 14. Hic est sanguis meus noui testamenti, sicut
sanguine animalium fuit confirmatum vetus testa-
mentum, Exod. 24.

Hoc ergo nouum testamentum Christi sanguine
confirmatum ideo est, ut professores illius, hæredes

T t 3 insti-